

11

Siigmundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae
Russiae Prussiae Mazoniae Samogitia Lituoniae. Et nec non Svecorum,
Gottorum Vandalorumque Rex.

Spectabilibus Et Jamatis Proconsuli cum Consulibus Advocato et Scabinis
Civitatis nostrae Craconien. Sid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam
Spectabiles et Jamati Sid. nobis dilecti. Ex supplicati libello pro parte Ja-
mati Joannis Cbrapek Cuius Polanecen nobis porrecto intelleximus: ipsum
ad instantiam Jamati Marci Malinowski Cuius Et Lanii Craconien, occasi-
one non solutionis trecentorum octuaginta flor. et viginti duorum cum medio
gross. certi debiti, a summa principali Mille noningentorum septuaginta
octo flor. grossorum viginti duorum cum medio, restan. a Sid. V. in carcere
coniectum esse. atq. cum magna conqueren. incuria Et damno aliquod iam
septimanis detineri. Ctm autem solutio summa prefata. Jamato quoq. Ge-
orgio Gruzman Cui Oswieczimensi secundum obligationem Et Cbraprea
psum manu coniuncta datum una cum eodem Cbrapek illi incumbet,
Ideo, rebus ipsius Joannis Cbrapek afflictis, et pote qui non ita pridem per
conflagrationem bonorum fortunarumq. suarum maxima damna igne pas-
sus est. subvenire cupientes: Mandamus Sid. V. serio, ut primo quoque
tempore, e carceribus ipsam dimittant et tanquam bene, uti ex testimonijs
apparet possessionatum, eumq. qui cum creditore suo transigere, ac debi-
tum solvere, vel bona suamobilia in Polanue consisten. in possessionem tradere
vult, liberum faciant, neq. diutius in vinculis detineri patiantur, ut
et ipse sua ab alii repetere, et eo commodius creditor. moderno satisfacere pos-
sit. Pro gratia nostra et debito effor. suor. aliter non facturi. Datis Cra-
conia die 7 Aprilis Anno Domini M. DC. V. Regnor. nostror. Poloniae
xviii. Sveciae Dodecimo.

Siigmundus Rex

5. Aprilis 1605.

N^o 30.

(71)

Reges

Hieronymus Fickida
Tabera Reg. Regum